



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, 1680

2. An suspensio possit ferri, & incurri propter solu[m] peccatu[m] veniale?
Ex p. 5. tr. 10. res. 19.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76372)

Quinam sint effectus Suspensionis ? Ex p. 5. tract. 10.
Resol. 9.

RESOL. II.

Sup. hoc sup. §. 1. **A**ffirmativam sententiam docet Cajetanus
in *verb. suspensio*. Navarr. *cap. 27. n. 19*, &
Avila *p. 3. d. p. 3. dub. 3*, quia excommunicatio minor
privat. majori bono, scilicet receptione Sacramento-
rum, & tamen incurritur, & de facto imponitur à
iure pro veniali.

2. Sed hæc opinio ita absolute prolata aliquibus non placet, et illam admittunt solum de suspensione levi, quæ possit esse in ratione potentie proportionata veniali culpæ, vt de suspensione ab uno actu eligendi, vel de distributionibus unius horæ, vel unius diei, nam si sit suspensio gravis, qualis est ab officio & beneficio simul, vel ab altero eorum tantum, non poterit imponi nisi pro mortali, vt videtur docere Sotus in 4. dist. 2. q. 2. art. 1. concl. 2. quia suspensio vt in usu Ecclesiæ acerbius poenæ est, quam minor excommunicatio, tum quia licet ex genere suo privet minoribus bonis, tamen difficilius tollitur, tum scilicet, quia aliqualem infamiam secum affert, & irreparabile damnum infert, sicut de irregularitate dicimus infra graviorem poenam esse, quam minorem excommunicationem, propter similes circumstantias, quavis susceptione Sacramentorum non privet, & certè ex iustitia, quæ Ecclesiæ servat in puniendis delictis, dicendum esse posse aliquem totaliter privari fructibus beneficii, aut usu officii propter solam venialem culpam, quòd si excommunicatio minor incurritur, propter veniale peccatum communicandi cum excom-

municato, id factum est in odium excommunicationis rigidius observatum, & ita docet Hurtadoz *77. de suspens. diffi. 7. n. 19.* Valquez *in p. 2. disp. 1. §. 3. c. 5. Suarez disp. 4. sect. 4.* Coninch *de Sac. disp. 1. c. 4. d. v. §.* & Conejo *in 3. p. tract. 5. de suspens. diff. 3. d. 2. c. ubi refert inferit, quod suspensio, qui in iure lata est pro aliquo delicto, si suspensio gravis sit, non incurrit cum in foro conscientie, qui committendo delictum illud, solum venialiter peccaverit, vel in consideratione, vel ex parvitate materie, vel ex alia causa, quamvis in foro exteriori pro suspensio sit habendus,*

RESOL. III.

An suspensio possit contrahi pro culpa aliena? Ex part. tract. 10. Ref. 22.

§. 1. ^{*} **N**egativam sententiam tenet Cajet. *ver. sup. pensio*, & Navar. c. 27. m. 151. quos sequitur ^{et non} Suarez. *disp. 18. sect. 4. n. 2.* quorum fundamentum est ^{et non} neminem puniri debere ob alterius peccatum, quia ^{et non} ipse caret, ex regulis traditis cap. 2. de *confi.* & cap. 2. ^{et non} de *his que fiunt a majori parte Capituli* i. *Incimus*, c. ^{et non} de *penis & totis tit. eodem C. non filius pro patre*, quod ^{et non} maxime verum est in penis spiritualibus.

2. Sed contrariam sententiam tenet D. Thom. in 4. dist. 18. q. 2. art. 3. q. 2. art. 2. & Sylvest. verb. *Suspensio*, in 6. & ad rationem contrarie sententie respondet Cornejo in 3. p. tract. 5. de susp. disp. 3. dub. 1. p. 1. Illam veram esse quando quis specialiter, & securum suspenditur; etiam tunc unus suspendi non potest pro culpa alterius; fecus vero quando simul suspenditur collegium, nam pro unius culpa, quia tunc non requiritur culpa in singulis, sed sufficit culpa plurium, vel Superioris, ut infra, agentes de interdicto, explicabimus. Tunc ergo potest optime Superior in inferioribus puniri, & communicas in membris, juxta ea, quae habetur in cap. si sententia, de sm. excom. in 6. & quamvis poena suspensionis spiritualis, quia tamen, ut dictum est, non privat bonis pertinentibus ad propriam animam, potest optime infligi pro peccato alterius, praeterim, quia ut dicemus, iustusmodi suspensio & interdictum non habet propriam rationem poenae respectu inferioris, cui imponitur. Vide Turrianum lib. 4. disp. 41. deb. .

RESOL. IV.

*An suspensio lata sub hac forma sit suspensus, liget, &
ad quid, an ab Ordine, vel beneficio aut officio? Es
p. 5. tract. 10. Ref. 14.*

§. 1. **A**D hunc casum respondet Ioan. Baptista Bizozerus in *sum. tract. de susp. c. 1. n. 13*, ubi sic ait: Dices quam vim habeat suspensio absolute lata in hanc formam: Suspendo te, non expresso Ordinem, aut beneficium, aut officio? Quidam dicunt talem suspensionem nullam habere vim; & ratio est, quia imperitia iudicis sic ferentis suspensionem non debet